Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

isit. Ego pascam oves meas et eas accubare faciam
dicit dominus deus. Quod perierat requiram. et quod ab
iectum fuerat reducam. Et quod confractum erat alli
gabo. et quod infirmum fuerat consolidabo. et quod
pingue et forte custodiam et pascam illas in iudicio
et iusticia. Dicit dominus omnipotens. Gr. Protector noster aspice deus
et respice super servos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces servorum tuorum.
In illo tempore. Dixit dominus ihesus secundum Matheum. 25
discipulis suis. Cum venerit filius hominis in ma
iestate sua et omnes angeli cum eo. tunc sedebit super
sedem maiestatis sue: et congregabuntur ante eum om
nes gentes et separabit eos ab invicem. sicut pastor
segregat oves ab edis: et statuet oves quidem a dextris
suis edos autem a sinistris. Tunc dicet rex hiis qui a dex
tris eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete
paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esu
rivi enim et dedistis michi manducare. Sitivi et de
distis michi bibere. Hospes eram et collegistis me
nudus et operuistis me. Infirmus et visitastis
me. In carcere eram et venistis ad me. Tunc responde
bunt ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus
esurientem et pavimus sitientem et dedimus tibi potum
Quando autem te vidimus hospitem et collegimus te.
et nudum et cooperuimus te? aut quando te vidimus
infirmum aut in carcere et venimus ad te? Et respon
dens rex dicet illis. Amen dico vobis. quamdiu fecistis
uni de hiis fratribus meis minimis michi fecistis.
Tunc dicet et hiis qui a sinistris erunt. Discedite
a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dya
bolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis
michi manducare. Sitivi et non dedistis michi po-